



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

37. An extendatur quoque responsio ad beneficiatos Græcos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

mensē, nihil autem dicentium de anno, & aliorum duorum deponcentium de anno, & nihil dicentium de mensē. *Lott. n. 64. citans Cresc. decis. 3. de prob.* porro, cum consueverit frequenter celari mors, & hinc oriatu magna quandoque difficultas probandi tempus mortis; ubi de tali relatione est suspicio, potest imperrari officium iudicis, ut exploretur veritas ex visione loci, in quo asseritur jacere is, de cuius vita dubitatur. *Lott. n. 65. & 66. citans Boëtium decis. 128. n. 2. Gozadin. conf. 68. n. 9.*

### PARAGRAPHVS III.

De vacatione per mortem civilem, puta per contractum matrimonium, in vitam religionem, vel etiam per militiam aut captivitatem.

*Questio 36. An, & qualiter vacet beneficium per contractum matrimonium per verba de presenti.*

**R** Espondeo primò: matrimonium contractum per verba de presente inducit vacationem omnium beneficiorum obtentorum. *c. 1. & 3. de clericis conjugat. & c. unic. eod. tit. in 6. Castrop. de benef. d. 6. §. 6. n. 1. Barb. juris Eccl. l. 3. c. 14. n. 7. citans quamplurimos cum communi.*

**2.** Respondeo secundò: inducitur hæc vacatio ipso iure absque ulla iudicis sententia, etiam declaratoria. *Sanch. de matrim. l. 7. d. 42. à n. 4. citans quamplurimum Theologos, tum Canonistas. Lott. l. 3. q. 26. n. 62. & 64. Castrop. loc. cit. n. 2. citans insuper Mascard. de prob. concl. 182. n. 1. & 2. Lessl. 2. c. 34. dub. 21. n. 112. Garc. p. 11. c. 8. n. 1. Guttier. tr. de matrim. q. 97. n. 2. Azor. p. 2. l. 7. c. 16. q. 4. Gonz. gl. 15. n. 43. & c. contra Carerium de sponsal. Rodrig. in sum. ro. 1. c. 224. n. 1. & gl. in c. conjugat. v. ad sacros ordines. de convers. conjugat. quatenus dicit, contrahentes debere privari beneficiis, adeoque supponitur iure ipso non privatos. Ratio responsionis est, quòd hæc vacatio non inducatur ob delictum (quod nullum est, dum beneficium non habens majores ordines nubit) sed ob assumptum statum incompatibilem. *Castrop. loc. cit. n. 2. Lott. loc. cit. n. 61. contrahens quippe matrimonium ipso facto Ecclesiam relinquit, & eam pro derelicta habet. Castrop. ibid. & per electionem status istius incomparabilis ipsemet beneficium ejuravit, ideòque nullà expectatà sententià remanet ipso iure privatus beneficio. Lott. n. 62. Proinde in contrarium non facit, quòd textus nullus sit clarè hanc vacationem ipso iure inducens: sed neque obstat, quòd *c. 1. de cleric. conjugat.* dicatur, contrahentes compellendos esse distractione Ecclesiasticà ad relinquenda beneficia: & *c. 3. eod. tit.* quòd debeant privari, & sint spoliandi: siquidem hæc & huiusmodi intelligenda sunt de compulsione & spoliatione faciendà quòd factum seu possessionem, cum sint injulti possessores. *gl. in cit. c. 1. de cleric. conjug. v. relinquenda. Castrop. cit. n. 2. quod verò dicitur c. si qui verò. 31. dist. & c. quia tua. 12. q. 1. quòd Cleri non constituti in sacris ordinibus, si continere non possint, fortiri debeant uxores, & stipendia sua accipere, intelligendum de stipen-***

diis quibusdam temporalibus ob ministerium aliquod in ecclesia exercitum, non de beneficiis Ecclesiasticis. *Castrop. loc. cit. juxta Abb. in c. 1. de Cleric. conjugat.* Unde jam inferitur, posse tale beneficium mox à contracto matrimonio tanquam vacans imperrari. *Barb. loc. cit. n. 9.* Item beneficium post matrimonium contractum non posse à beneficiato detineri (& uti *Barb. loc. cit. n. 9. citans pro hoc Sanch. cit. d. 42. à n. 10. teneri sub morali illud statim dimittere) nec fructus amplius percipere; nec resignare in favorem, aut permutare, quia jus omne in beneficio jam amisit. Barb. & Sanch. l. cit. Castrop. loc. cit. n. 5. citans insuper Guttier. ubi supra à n. 5. Porro responsionem extendit Lott. loc. cit. n. 65. ad quasunque dignitates Ecclesiasticas; nec non *n. 66. ad magistratus ecclesiasticos, quin & n. 68. ad feuda Ecclesiastica, nimirum hæc eo ipso amittenda, nisi ex tolerantia Ecclesie consuetudo contrarium obtinuerit: pro quo postremo citat Jo. And. ad c. fin. de cleric. conjugat.**

*Questio 37. An extendatur quoque responsio ad beneficiatos Græcos.*

**R** Espondeo negativè: sive Clerici & presbyteri Græci, seu Orientales conjugati legitime habere possunt beneficia, modò ea sint constituta more Græcorum; secus enim esset, si sit beneficium Latinorum. *Barb. loc. cit. n. 19. citans Carol. de Grassis de effectibus Clericalibus. sectu 5. & 25. & 42. & c.*

*Questio 38. An ergo eo ipso jure amittantur quoque iura alia omnia ad beneficia, & in specie, quid à in hoc circa pensiones?*

**1.** Respondeo quoad omnia affirmativè: dum enim matrimonium est status incompatibilis cum beneficio, est etiam talis status respectu iuris ad illud. *Castrop. loc. cit. n. 4. Sanch. loc. cit. n. 7. relatis plurimis. Garc. p. 11. c. 8. n. 2. sic inspirat hoc ipso expectativa, si quam habebat. Lott. cit. q. 26. n. 70. nec eam recuperat soluto matrimonio. Lott. ibid. juxta *gl. in c. unic. de cleric. conjug. in 6. v. Clericalis.* sic amittit jus accessus & regressus, & familia. *Parisi. l. 1. q. 6. v. 14. Barb. loc. cit. n. 15. Lott. loc. cit. n. 69. citans Chok. ad reg. 65. n. 7. Sanch. loc. cit. n. 7. sic pari modo amittit jus, si quod acquisivit ad beneficium vi electionis vel presentationis, ut *Parisi. l. 1. q. 1. n. 14. dicens esse communem, & citans pro hoc Covar. super 4. decret. p. 2. c. 6. §. 3. n. 5. quia contrahens matrimonium hoc ipso tacite videtur renuntiare non tantum beneficio, sed & omni juri competenti ad beneficium Ecclesiasticum.***

**2.** Respondeo ad secundum: amittit quoque jus percipiendi pensiones Ecclesiasticas. *Lott. loc. cit. n. 67. Barb. loc. cit. n. 14. Castrop. cit. n. 4. citans Tusch. lit. p. concl. 717. n. 8. & seipsum d. 1. de benef. p. 11. §. ult. Paris. loc. cit. n. 15. (ubi, quòd talis tacite resignavit pensioni ex causa cessionis sibi reservata) citans pro hoc *Gigas de pension. q. 54. & Rot. in Adjacensi pensionis. 4. Junii 1546. cum enim pensiones succedant loco beneficii, eodem modo vacant ac beneficia. Castrop. loc. cit.**

*Questio 39. An per matrimonium extinguatur quoque dispensatio aliàs obtenta, & habilitans ad beneficium?*

**R** Espondeo negativè, *Garc. p. 11. c. 8. n. 2. ex Sanch. loc. cit. n. 7.*

*Questio*